

soluta vel non commissa et exacta vel non predicta servare. Insuper predictus Fr. Bonvixinus constitutus ad iuramentum prestandum in animis dictorum Consilii et Pot. et Capit. Bon. de observanda dicta pace et concordia secundum quod in predicto instrumento Sindicatus continetur tacto libro corporaliter ad sancta dei evangelia iuravit in animas hominum Consilii d. d. Pot. et Capit. a quibus etiam ad hoc specialiter constitutus quod predictam pacem et concordiam firmam et ratam habebunt et tenebunt et inviolabiter observabunt. Et predicta omnia facta fuerunt per dictum Fr. Bonvixinum de consilio consensu et mandato dictorum Fratrum Bonaventure de Yseo et Peregrini de ordine Fratrum minorum ibidem presentium consentientium et volentium et mandantium predicto Fratri Bonvixino per eum fieri supradicto modo et forma. Insuper predictus d. Laurentius Sindicus d. Ducas et Comm. Uenec. de mandato d. Ducas et Consiliariorum suorum infrascriptorum tacto libro iuravit ad sancta dei Evangelia in animas predicti d. Ducas et hominum minoris et maioris Consilii Comm. Uenec. quod predictam pacem et concordiam firmam et ratam habebunt et tenebunt et inviolabiliter observabunt. Quibus omnibus sic perfectis predictis preditus Fr. Bonvixinus nomine et vice Comm. et hominum Bon. et predictus d. Laurentius nomine et vice d. Ducas et Comm. Uenec. predicta omnia pacis osculo inter eos interveniente confirmaverunt. Quibus omnibus etiam sic perfectis et factis supradictus d. Dux et eius Consiliarii infrascripti et dictus eorum Sindicus et dictus Frater Bonvixinus de voluntate fratrum Predictorum dixerunt et in communi concordia fuerunt quod per ea que dicta sunt preiudicium nullum generetur pacto seu concordie facto et facte inter Nob. virum d. Iohannem dandulo et Comm. et mercatores Bon. super facto represalie sibi concesse. Et de hiis omnibus voluerunt duo et plura fieri publica instrumenta eiusdem tenoris manus scilicet mei (1) Conradi Cancellarii ducatus Uenec. et Laurentii

(1) Per la stessa cagione, che recai nell'annot. 1 della pag. 416 nel Cod. nostro manca il *mei*.